



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Requiritur co[n]sensus & quide[m] absolutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

...conceditur ex specialibus iuribus actio. Lege Mo-
...de contr. d. 255. At in foro conscientie semper
...obligatio, quando hac verba adest, iuxta dicta §. 1.
...quod si jam adest sufficiens consensus utrius-
...partis, ut supponimus.

§. 8. Adverte secundum: Aliquos esse contractus, qui
...validi, solo consensu exteriori, legitime utrinque
...applicato, ut est Venditio, Emptio, Matrimonium,
...penalium, &c. Aliquos vero indigere scriptura, ut
...hypothecis, &c. Aliquos ex quo ultimo colligo simpli-
...ter promissionem gratuitam, & non onerolam (hos
...omnes mox explicabo numero sequenti) etiam acce-
...ptam, verbi gratia, facit donandi, vel venden-
...di aliquid alicui, nisi accedat scriptura, stipulatio, vel
...instrumentum, ad nihil nunc obligare. Ratio est, quia
...ex communi hodie consuetudine per solum pro-
...missionem nullus se obligare intendit, vel putat, nisi
...maior explicatio accedat. Unde Sa. v. *Primum*, §. 1.
...habet: *Vix autem quis promittere tum obligari inten-*
...*dat, nisi iuret, aut faciat Instrumentum.*

Quarta divisio in Contractum onerosum,
& lucrativum.

Onerosus, qui dicitur etiam non gratuitus, utrin-
que obligat; nam propterea est proprie contractus.
...quod est permutatio, venditio, emptio, &c. inter-
...venit autem in his pretium, vel compensatio. Lucra-
...tivus, qui dicitur etiam gratuitus, vel gratiosus, non
...obligat, nisi ex una parte, ut promissio liberalis, do-
...natio item liberalis, mutuum, depositum, &c. Si enim
...unus tantum rem aliquam donas, ego non obligor illam re-
...cipere, &c. Maxime vero notandum est ex de Lugo
...*secund. de just. i. d. p. 1. i. sectione 1. a numero 20.* dis-
...tinctionem illam inter ejusmodi contractus. Nam onerosus
...non perficitur, nisi acceptetur ex utraque parte, &
...utrinque intimitur, seu sit nota reciproca acceptio, dum
...in mutuo satis sit, si solum acceptetur ab utraque, non
...vero sit necesse, ut utrique mutua acceptio intimitur.
...Explico exemplis: Mittat Antonius Epistolam, imò, &
...Scripturam publicam ex Notario, per quam offerat, seu
...vendat Petro suum prædium, vel equum mille, verbi
...gratia, vel centum aureis, & Petrus acceptet etiam
...per Notarium. Dico hunc contractum, quia est one-
...rosus, non esse perfectum, atque adeo posse utrum-
...queque esse, Antonium, & Petrum ab eo resilire, donec
...ejusmodi Petri acceptatio intimitur Antonio, vel ejus
...legitimo procuratori, vel saltem donec ipse equus, &
...verbi gratia, mittatur Petro, & ab ipso recipiatur: nam
...hic equus jam acceptatus ponitur in dominio Petri, &
...ex illa parte trahit secum onus, ut solvatur dominio ejus
...pretium, unde amplius resiliat à contractu neuter po-
...test. At vero mittat similem scripturam idem Anto-
...nius, per quam promittat, vel donec eidem Petro equum,
...verbi gratia, & Petrus acceptet. Dico hanc promissio-
...nem, quando juxta dicta numero 8. jam obligat, ut
...etiam donationem liberalem, quia sunt contractus gra-
...tuati, esse perfectos, atque adeo non superesse locum
...resilienti, quamvis nondum acceptatio Petri nota sit
...Antonio, vel ejus Procuratori, cujus discriminis ul-
...tior Ratio est, quia in oneroso utrinque est obligatio,
...& in utroque est jus exigendi, ergo utrinque nota esse
...debet acceptatio. At in gratuito, cum obligatio solum
...sit ex parte donantis, seu promittentis, satis est si hæc
...nota sit ipsi donatario, seu promissario, qui solum ac-
...cipit jus ad rem promissam, seu donatam exigendam.
...Legge hæc fuisse apud citatos; apud quod vide etiam
...alias divisiones contractuum minus necessarias.

III. Regula generalis de restitutione ex prædictis
contractibus in universum.

§. 1. S. qui contractum, vel quasi contractum cum
...altero legitime init, ea debet (nisi idonea ac-

cedat excusatio (restituere, seu ut magis proprie loqua-
mur, ea tradere, ad quæ tradenda se obligavit. Vides ra-
dicem hujus obligationis non esse aliam nisi pactum, vel
consensum, quibus voluit quis alteri se obligare? Et in
onerosis quidem ad id ius iustitiæ urgere, elucet, quia
non fieret æqualitas inter contrahentes, nisi traderetur,
quod utrumque conventum est; apparet nihilominus
etiam in gratuitis, quia in his etiam (licet voluntariè)
te obligasti, ut suppono; quare posita obligatione, jam
alter acceptans aliquid tandem, sive grave, sive leve
jus iustitiæ contra te acquisivit.

2. Hæc regula adeo universalis insufficiens est pro
praxi. Explorandum enim est, an simpliciter se quis obli-
gaverit: An legitime: An sub obligatione gravi, vel levi:
An adit executio, & sexcenta similia, quæ certè ex di-
ctis, & ex dicendis in contractibus in particulari, saltem
magna ex parte nobis plana fient.

CAPVT VII.

De eadem quarta Radice Restitutionis ex Con-
tractu particularis Venditionis,
& Emptionis.

1. Non omnes contractus explicandi à nobis su-
scipiuntur: id enim nimis longum esset, & à
nostro instituto alienum; seligo enim tantummodo usu
frequentiores, & ex quorum cognitione lux aliqua pro
cæteris sufficiens haberi possit. Erunt autem Emptio,
Venditio, Mutuum, & Usura.

§. I. Quid sit Emptio, & Venditio?

1. Est contractus bonæ fidei, utroque obli-
gatorius, qui perficitur absoluto consensu, re,
& certo pretio: & quidem voluntariè. Intellige autem,
re, & pretio à te datis, vel certè dandis. Discutramus
per singula verba.

Requiruntur consensus, & quidem absolutus.

2. Dictum est primò, qui perficitur consensu (hic
enim contractus perficitur per solum mutuum con-
sensum verbis, vel notibus expressum, imò, & per litte-
ras, & per procuratorem, seu nuntium; Perficitur, in-
quam, quoad substantiam; nam cæterum, quoad in-
tegritatem completam, seu quoad complementum, re-
quiritur solutio pretij ex una parte, & accepta posses-
sio rei ex altera. Per venditionem enim non est neces-
se, ut actu transferatur dominium: satis enim est, ut
talis venditio sit translativa domini, & venditor ex vi
venditionis factæ, remaneat obligatus ad transferen-
dum. Ita Less. 2. *capit. 2. dub. 1. n. 1.* alique. Ejusmo-
di autem possessio, seu dominium rei venditæ transfe-
ritur in emptorem, non quidem quando sit ipsa sub-
stantia contractus venditionis per mutuum consen-
sum, sed quando ei traditur res à venditore, & solvi-
tur ab emptore pretium, seu habetur pro soluto, seu
loco ejus datur æquivalens, quale est pignus, vel fide-
jussor. Id notavi per illud, (datis, vel certè dandis.) At-
que hinc fit, ut quamvis posita sit substantia venditio-
ni, unde & debeatur gabella venditioni fortè impo-
sita; (cui Gabellario, dicam in *numero 5.*) Si tamen
possessio rei nondum est emptori data, res si perit, pro
venditore perit, ut pro eodem fructificat, quia adhuc
est in ejus dominio. Ita Castro Pal. *de just. com. d. 5. q. 26.*
alique *ibid. cit.* Nam si possessio sit emptori data, quam-
vis nondum soluto pretio, ipsi emptori fructificat, ipsi-
que perit, præscindendo semper à pacto aliquo iusto in
contractum, quo contrahentes nolint ante pretium so-
lutum transferri dominium, sed haberi pro locata, verbi
gratia

gratia, vel pro accepta pignus, &c.

3. Dictum est secundo, (absolute consensu) si enim fuerit conditionalis, tunc perficitur contractus, quando fuerit adimpleta conditio. Atque adverte ex Molin. *tom. 2. d. 337. L. eff. loc. cit.* obligationem tunc retrahit usque ad tempus initii contractus, perinde ac venditio, & emptio ab initio fuissent absolute celebratae. Idem cum eadem retrotractione dic, quando requiritur ratihabitio alterius: Est enim tunc venditio conditionata in hunc sensum: *Vende tibi hoc praedium, si tui Pater ratum habuerit.* Quando autem hoc casu, & cui debetur gabella venditioni imposita dicatur: *max. num. 5.*

Requiritur pretium determinatum.

4. Dictum est tertio, (pretio certo) nisi enim certum, seu determinatum pretium constituitur, invalida erit venditio. Ita Molin. *L. eff. loc. cit. lege Bald. in leg. contractus, num. 8. C. de fide instrumentorum.* Quare si quis dicat: *Vendo tibi hanc vestem isto pretio, vel quanti volueris, quanti judicaveris, quanti concordabimus, quanti judicaveris expertus:* invalida erit venditio, quia certum pretium non constituitur (hanc valere putat Angelus, v. *Emptio*) Contra: si ita venditio, & emptio fiat: *Emo à te hanc vestem, quanti tu emisisti, vel quanti emit ille, vel emo ea quantitate pecunie, quae est in hac crumena,* valida erit venditio, quia jam adest certum, ac determinatum pretium. Propter eandem rationem valet venditio, si dicat: *Emo hanc rem eo pretio, quo communiter haec res venduntur tali die, tali mense, talibus numeris;* quod si in iis diebus fuit varietas pretij, illud erit eligendum, quod maiore parte illius temporis vigerit.

Quid si aequè vigerit pretium, summum, medium, infimum? Respondeo, rationabile esse summi medium, sic enim neutra pars conqueri potest. Si quis ita dicat: *Vendo, vel emo, quanti tertius ille decernit, designando illum tertium, verbi gratia Petrum;* licet partes retrocedere non possint sine mutuo consensu, tamen contractus non erit validus, nisi quando Petrus pretium constituerit: in hoc autem casu obligatio non retrahitur, quia haec non est venditio conditionata, cui conceditur retrahitio: sed solum est per alium, determinandum pretium.

Quaestio incidens pro Gabellariis.

5. Inquires obiter, cuinam debetur in his venditionibus gabella, si forte ea sit venditioni imposita? Respondeo, in illis, in quibus adest indeterminatio pretij, non debetur Gabellario, qui est, quando fit venditio, sed Gabellario, qui est, quando determinatur pretium. Ratio est, quia gabella imponitur venditioni: At ut, modo diximus, tunc perficitur substantia venditionis, quando, ceteris jam positis, determinatur pretium, Contra: verò accedit, quando pretium est determinatum, sed venditio est conditionata: tunc enim (adveniente conditione) gabella debetur Gabellario, qui fuit, quando facta est venditio, licet propter conditionem fuerit imperfecta, Ratio est, quia ut, item dictum est modo, venditio conditionata retrahitur, &c. *Lege Mol. tom. 2. d. 337.* qui excipit conditionem potestativam. Quando autem fit venditio, pretio jam statuto, sed res, aut pretium dantur postea; debetur gabella Gabellario, qui erat, quando fuit celebrata venditio, quia tunc perfectus fuit, ut numero 2. diximus, contractus, quoad substantiam. Quando denique supervenit gabella, semper pari modo videndum est tempus, in quo perfecta fuit venditio sive in se, sive per retrahitionem, & Gabellario illius temporis erit gabella solvenda.

6. Gabellam impositam pro venditione, non intelligi impositam pro alio, quamvis simili contractu, *max. num. sequenti dicam.*

In Venditione requiritur res, & pretium.

7. Dictum est quarto (re, & pretio) Nam si fit permutatio, inter pro merce, erit permutatio, non venditio; si pretium, seu pecunia, pro pecunia, erit venditio; si pretium, seu pecunia, pro merce, erit venditio. Id diligenter advertere oportet, nam, cum in fine essentialiter contractus, diversos patitur effectus, imposita est Gabella vendentibus merces, non ergo debetur permutantibus, nec cambientibus. Quod si accedit non raro intercedat, ut, utique, ut si depermutes cum praedio minoris valoris, & cetera solvas in pecunia, si pecunia sit minor pars permutatio, nec debetur Gabella: si major, erit venditio; & Gabella debetur, quia accessorium, sequitur principale. Quod si aequales sint, vel quasi aequales, tunc sum partim sit venditio, partim permutatio, adsit ratio, cur una alteram in sui proprietatem pro rata venditionis, & non amplius, Gabellam solvam esse fert sententia probabilior apud Molin. *d. 336. num. 6.* Si denique fiant duae venditiones, una vendas mihi pecunia creditam, & deinde ego praedium vendam, compensando pecuniam, quae ex prima vendita debeo, duae erunt Gabellae solvendae, & quidem altera Gabellario, qui forte est temporis venditionis domus; altera ei, qui est tempore venditionis praedij, ut ex dictis constare poterit.

Duorum Casuum huc incidentium Resolutio.

Primus Casus:

De Permutatione fructuum Hortuli domus Praefecti Societatis Iesu.

8. Ex praedicta essentiali differentia venditionis, permutationis, videmus, an solvi duae quaestiones sint. Prima sic proponitur: Domus profusa Societatis Iesu nullis redditibus, nullis possessionibus frui possit. Quod si ei hortus aliquis, seu praedijolum concedatur ei, etiam domo separatim, concedatur, ut non dantur ejus olera, vel fructus. Quidam ergo Hortulanus Praefectus, cum sciret sibi non licere sui agellus vendere, id excoxit, ut eo anno, quo daretur colligere fructus fertilitas daret, illos traderet caetero domino opulentiissimi praedij, ea lege, ut alios similes vel dissimiles fructus domui nostrae daret, quando illi indigeret. Quaesitum fuit, an contra Constitutionem delinqueret.

9. Profecto, primo intuitu nequaquam delinqueret, quia Constitutio nostra videtur, non permutatorem prohibere, quae est contractus essentialiter, ut dictum est, diversus, sed venditionem. Unde accurate perpenfa, Hortulanum violat Constitutionis reum pronuntiavi; Ratio convincens fuit, quia Constitutio nostra, non solum prohibet venditionem, verum etiam quidquid redditu loco, domui nostrae possit. At ejusmodi permutatio iam loco redditus eius seu redditus utilitatem jam afferret. Verba Constitutionis Societatis Iesu, *p. 6. cap. 2. n. 5. in fin. haec leguntur:* Et tunc huiusmodi ille locus sit, ut nec alij liceret permutare, qui redditum loco esse possint habere. Declaratio eadem sic habet: *Huiusmodi essent, si Vinum, vel Oleum, vel Fructus provenientem dicta possessiones ferrent, vel si fructus, olera ex hortis venderentur, quorum nihil liceret permutari possint.* Ubi illud (venderentur) non apponitur, si solum prohibeatur venditio proprie dicta, sed licet ponitur, explendi gratia, ut notat illud (vel.) Constat primò, quia prohibetur omnis proventus. Constat secundò, quia ejusmodi declaratio paulò ferius concedens Hortulano fortè seculari praedij nostri hortuli, aliquid, ad suam utilitatem privatum ipsum posse ex eo Horto recipere, subdit: *Deinde*